

staticum, item dextera Dei, regnum
Dei, regnum cœlorum, aliquando cœlum
cœlorum ob perfectionem, tertium cœlum
ratione dignitatis & perfectionis (non statim
ratione numerationis) de quo Paulus nescire se
scire cum ibi esset, an in carne fuerit, vel extra
carne, & Deum unice hoc scire. Et notandum
quod in scriptura non fiat mentio secundi cœli,
atq; quarti, includi interea posse illas significa-
tiones. Et cum majestas atq; gloria divina tam
clare pateat atq; ipse Deus; hoc cœlum Topistæ,
gloriæ divine detractatur, per contentum vo-
cant cœlum ubiquitarium.

In hac undecimâ significatione dicitur Matb.
Pater noster qui es in cœlis, id est, qui in cœ-
lesti gloriâ & majestate constitutus ubiq; præ-
sens & omnia implens, alis & gubernas omnia,
ubiq; exaudis & respicis nos, &c. Sic hoc sensu
affirmatur Deus esse in cœlis, respicere & au-
xilium ferre è cœlis ubi non cum Turcis carnali-
tate de Deo sapiendum, ac si creato & finito ali-
quo domicilio includeretur, &c. Vox enim su-
pra, non tam loci sublimitatem, quam omnipo-
rentiæ majestatem significat Unde Augustinus:
Si in cœlis tamquam superioribus mundi parti-
bus locus Dei esse creditur, melioris meriti sunt